

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Approbatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

OPERIS INSTITUTVM.

**N**on fuit hoc meum consilium, post tot Rhetoricas præceptio-  
nes, tor locis, & manibus sparsas, malè recetam (quod aiunt)  
cramben fastidioso præsertim huius seculi palato obijere.  
Quinimò, huius operis institutum est, quicquid in sacra huma-  
naque Eloquentia spectabile, illustri loco ponere, & variorum  
ingeniorum seculorumque virtutes, in vnum veluti perfectionis corpus in-  
cludere.

Quod autem attinet ad præcepta, non minutias quasdam puerilis eruditio-  
nem sum consestat, sed grauiorem eloquentiae speciem ex præstantissi-  
morum Rhetorum, maximè Græcorum, qui modò ratiōres sunt, iudicijs &  
sensibus exprimere conatus sum: Deinde apparatissimam ex Græcis Latinis-  
que fontibus exemplorum copiam Παραμήτην atruli, & ubi res postulabat,  
nostra interpretatione, notisque illustrau.

Aspersi quoque mediocriter, prout argumentorum conditio ferebat, ve-  
terum eruditionem; & rationem eam dicendi tenui, quæ neque nimis spis-  
sa esset, aut producta: neque tenuis & inornata; ut interdum præceptorum  
austeritas eloquentiae veluti succo perfusa mitesceret.

Præterea pigmenta quedam eloquentiae, qualia sunt Hieroglyphica,  
symbola, parabolæ historicæ, emblemata, separato libro edidi, qui iam fe-  
liciter alijs prodijt in lucem.

Hæc ego, Deo auspice, iuuentutis studijs consulens, ne ἀτόμοις ex hac  
literaria prouincia, quam iam per multos annos obtineo, discederem, que tu,  
Lector, pro tuo candore, beneulo animo accipies: si qui autem fuerint  
(quod non est desperandum) liuidorum oculi, meminerint, πάντα μωεῖδες,  
μωεῖδες tum, pueriliter infeliciis, & male feriati ingenij esse, famam alienam  
cum obscurare honestè non possit, per inuidiam allatratæ.

APPROBATIO.

STEPHANVS CHARLETVS, Prouincialis Societatis IESV in Pro-  
vincia Francia, potestate ad id mihi facta ab admodum R. P. N.  
Preposito Generali MVTIO VITELLESCO, Facultatem concedo, ut  
P. NICOLAI CAVSSINI è Societate IESV Sacerdotis, de Sacra &  
humana Eloquentia Parallelis libri, eruditorum ex eadem Societa-  
te nostra virorum iudicio, typis excudantur.

STEPHANVS CHARLETVS.

Datum Flexia 19. Nouembris, 1617.